

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

impare non vivet alius alio prolixius, quia
verò In ipsa vita aeterna distinctè fulgebunt
lumina meritorum, mansiones multæ sunt
apud Patrem, in quibus honoratur alius aliò
clarius, *Augustinus de Virginitat. cap. 26.*

Wenn Christus sitzen wird auff seinem
Richter-Throne/
Und gebè jedermañ was er verdient zu lobnen/
So wird auch treten auf der treue
Gottes-Knecht/
Und sagen: Dein Gerichte/ Herr Je-
su: ist gerecht.

Ex v. 29.

Gaude, qui propter Christum mundana relinquis,
In calis habes premia larga ferens.

ORACULUM XV. SACRUM.

Matth. XXV. 34.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Τότε ἀρεὶ ὁ βασιλεὺς τῆς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ
θεῶν εἰ εὐλογημένοι τὰ πατρὸς μου, κληρονο-
μήσετε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ κα-
ταβολῆς κόσμου.

Is Ver-

Latina versio Vulgata.

Tunc dicet Rex his, qui à dextris
ejus erunt: Venite benedicti Patris mei,
hereditario accipite paratum vobis re-
gnum à constitutione mundi.

Versio B. LUTHERI.

Da wird denn der König sagen zu
denen zu seiner Rechten: Kommet her
ihr Gesegneten meines Vaters/ erer-
bet das Reich/ das euch bereitet ist von
anfang der Welt.

N O T A.

1. Christus heic agit de extremo judicio.
Describit enim judicem nomine Regis, quo
semetipsum intelligit. Nam Pater dedit ei
potestatem judicium facere, et quia filius ho-
minis est, h. e. quatenus filius hominis est,
Joh. V. 27. Deinde depingit judicii processum,
qui consistet 1. in omnium hominum congrega-
tione 2. in ovium ab hædis separatione,
3. in piorum ad dextram, impiorum ad sinis-
tram collocatione 4. in sententiæ damnato-
riæ vel absolutoriæ pronuntiatione: Dicet
enim Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite
bene-

benedicti. His, qui à sinistris erunt: Discedite à me in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus v. 44. III. Deliniant judicandos, qui erunt omnes homines, nimpii, quos Christo ovibus comparat & benedictos Patris appellat: Impii, quos hædis comparat & maledictos vocat. *Contra Epicureos, qui nullum fore judicium extremum autumant, & sic sibi ipsi iram in die ira thesaurizant, quorum impietatem notavimus part. I. Dom. 2. Adventus.*

II. Verbum κληρονομεῖν non significat aliquid ex merito obtinere vel possidere, sed jure hereditatis accipere idq; gratis, sicut gratis & non ex merito aut conditione ullius operis in illam hereditatem propter Christum sumus adsciti, Rom. IX. 17. *contra versionem vulgatam, verbum κληρονομεῖν per τὸ possidere exponentem, & cum primis contra Barradium, qui in Concord. Evangel. idem verbum ineptissime sine ullo exemplo per merita acquirere vertit.* Hinc merito B. Andr. Osiander versionem vulgatam castigat, verbum κληρονομήσουτε, h. l. ita reddens: Hereditariò accipite. B. Lutherus: *Ererbet das Reich.*

III. Locus igitur præfens meritorum humanorum struem non adstruit, sed potius destru-

it.

it, & nobis tria suppeditat argumenta, quæ iustitia operum opponere possumus.

Primum desumimus à verbi κληρονομίᾳ proprietate, & sic argumentamur:

Κληρονομία est tale beneficium, quod respuit omne meritum propriè sic dictum, quod patet Gal. V. 2. Eb. I. 14. Matth. XXI. 38. Gal. III. 18.

Regnum cœlorum, quod credentibus in die novissimo dabitur, est talis κληρονομία, uti h. l. à Salvatore adpellatur. E. respuit omne meritum propriè sic dictum.

Alterum petimus à verbi εὐλογοῦμένης suavitate, & ita colligimus:

Quicquid promanat ex benedictione Patris cœlestis, illud non acquiritur humanis meritis.

Sed vita æterna promanat ex benedictione Patris cœlestis.

E. non acquiritur humanis meritis.

Tertium deducimus à regni cœlestis æternitate, & inde talem extruimus fabricam syllogisticam:

Quicquid paratum est piis ab exordio mundi h. e. ante tempora secularia vel æterna, 2. Tim. I. 9. id non potest parari humanis meritis. Nam merita humana ab æterno non

exti-

extiterunt. Sed regnum cœlorum paratum,
est piis ab exordio mundi, id est, ante tempora
secularia vel æterna.

E. non potest parari humanis meritis.

Triplex hoc argumentum opponimus

1. PONTIFICIIS & cum primis Bellarmino,
qui lib. 5. de Justif. c. 5. adfirmat, bona opera
esse meritoria vite æternæ & quidem de condi-
gno, non tantum ratione pacti, sed etiam ratione
operis, ita ut in opere bono ex gratia precedente
sit quædam proportio & æqualitas ad præmium
vite æternæ loc. cit. cap. 17. p. 464. Interim ipse
Pontificii veritatis luce convicti vitam æternam
negantes esse mercedem, quatenus est hereditas.
Heic autem expressè dicitur hereditas à
Salvatore. Merces igitur non est.

2. SOCINIANIS existimantibus, neminem coram
Deo justificari, quin Christo prius obediens sit, eamque
obedientiam esse opera illa, per quæ justificamur, se-
cundum doctrinam Jacobi, adeoque nostram obe-
dientiam justificationis esse causam, sine qua non
obtineri possit. Vid. Socinus de Justific. p. 17.

3. ARMINIANIS, qui bona opera requirunt
anteceðenter ad justificationem, eademque faciunt
se non causam veram, saltim conditionem & cau-
sam sine qua non justificationis. Vid. Remon-
strantes in Confess. & Apol. p. 113. Socinia-

norum & Arminianorum vitulo arant **QVI-**
DAM NOVATORES, existimantes, tametsi so-
 la fides apprehendat remissionem peccatorum,
 propositum tamen abstinendi à peccatis ex parte
 nostra omnino necessarium esse ad justificatio-
 nem, opera etiam & observationem præceptorum
 DEi ex parte nostra requiri, ut conditionem &
 causam sine qua non ad salutem aeternam con-
 sequendam. Hinc Hornejus Disputat. de
 summa fidei necesf. th. 5. disertis verbis fate-
 tur, propositum diligendi DEum & præcepta
 ejus observandi causam sine qua non & condi-
 tionem esse, sub qua homo justificatur & ab ini-
 tio heres aeterna salutis scribitur. Calixtus de
 Pactis divinis th. LI. ita scriptitat: **Quum**
affirmamus, SOLAM FIDEM justificare & ser-
 vare, non est sensus, quod à parte DEi non sit
 causa justificationis & salutis divina miseri-
 cordia, incarnatio & Mors Christi, verbum
 & Sacramenta, quæq; per ista peragitur, Spi-
 ritus sancti operatio, neq; est sensus, quod à
 parte nostra non sit necessarium agnoscere pec-
 cata, aut iram DEi adversus peccata, aut de illis
 dolere, aut propositum habere ab illis imposte-
 rum abstinendi; Sed hic est sensus, quod sola
 fides à parte hominis ad justificationem & sa-
 lutem, tanquam causa vi aliquà efficiendi iux-
 ta

ra divinum beneplacitum prædita concurrat, ita videlicet, ut posita & præfente fide, ponatur etiam & præfens sit justificatio & status salutis sive jus, si in eo perseveretur, ad eundem æternam salutem.

IV. Nomen rectum, seu Genitivi casus h. l. notat causam efficientem: Venite benedicti Patris mei i. e. à patre meo.

V. Benedictis à Patre cœlesti h. l. promittitur regnum cœlorum i. e. vita æterna. E. restat vita æterna regnumq; DEI paratum fidelibus & electis, juxta articulum Symboli: Credo vitam æternam, *contra Epicureas beluas, vitam æternam negantes, quas taxat Liber Sapientie cap. II. v. 1. & seqq.*

Systamus nunc Patres Orthodoxos, justificationem non operibus, sed SOLI FIDEI tribuentes.

O quantæ gloriæ, quantæ beatitudinis hæc verba sunt! Non enim dicit, accipite, sed *hereditate quasi propria, quasi paterna, quasi vestra, quæ vobis à principiis debebantur.* Ita pulcrè Chrysostomus super locum præsentem.

DEus quidem humano more sic loquitur se dare mercedem, sed est promissa merces, non debita, *Ita Augustinus hom. 60. de Verbo Apost.*

Apost. 8. in cap. 4. ad Rom. Quapropter, ô homo! si accepturus es vitam æternam, justitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est ipsa justitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, si ex te tibi esset justitia, cui deberetur. Nunc verò de plenitudine ejus accepimus non solum gratiam, quã nunc justè in laboribus iisq; in finem vivimus, sed etiam gratiam pro hac vita, ut in requie postea sine fine vivamus. Hoc nihil salubrius fides credit, quia nihil verius intellectus invenit, *Idem Epist. 105. ad Sixt. T. 2. col. 467. A. B.*

Non dignus fuisti, quem DEus vocaret, & vocatum justificaret, & justificatum glorificaret. Reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, **NON EX OPERIBUS**; alioquin gratia jam non est gratia. Te autem coronat in miseratione & misericordia: Et si tua merita præceserunt, dicit tibi DEus: Discute bona merita tua, & videbis quia dona sunt mea, *Idem serm. de Verb. Apost. sol. 253. D. 8. col. 254. A. T. 10.*

Vilesceret redemptio sanguinis Christi, nec misericordiæ DEI humanorum operum prærogativa succumberet, si justificatio, quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non minus largientis, sed merces esset operant-

operantis, *Ambrosius de Vocat. Gentium.*
 Hoc constitutum est à DEO, ut qv̄i credit in
 Christum, salvus sit sine operibus SOLA FI-
 DE, GRATIS accipiens remissionem pecca-
 torum, *Idem. in 1. Cor. 1*

Nec est, qv̄od excipiant adversarii modo
 nominati Serm. 45. & Commentarios in Epi-
 stolis Pauli non esse Ambrosii. Vid. Bellarm.
 lib. 1. de Justific. cap. 25. col. 888. Lib. 1. de Ma-
 rim. cap. 17. col. 1368. Lib. 4. de Amisf. Grat.
 cap. 3. col. 278. cap. 5. col. 250. cap. 9. col. 262.
 lib. 6. cap. 4. col. 414. Lib. 1. de Christo cap. 6.
 col. 262 De Scriptorib. p. 97. Lib. 2. de Euchar.
 cap. 14. col. 508. Novimus enim B. Ambro-
 sium non solum locò allegatò, sed etiam alibi
 decem quatuor vicibus SOLI FIDEI justificatio-
 nem tribuere, uti jamdudum observavit ma-
 rinus noster Chemnitius L. C. p. 339. Confer-
 3. Menzerum in Exeg. Aug. C. artic. IV. p.
 nihi 181. ubi dicta benè multa p̄x antiquitatis
 & inter hæc quoq; locum D. Ambrosii modo
 citatum, adducit.

**O Gott-ergebner Christ! must du umb
 Christi willen
 Verlassen Hauß und Hoff/ und Christi
 Wort erfüllen;**

S

Sey

Sey frölich und getrost/ der Himmel
ist dein Theil/
Doseibst ist dir bereit ein tausentfaches
Heyl.

IN FESTO PURIFICATIONIS
MARIÆ.

Ex Ev. Luc. II. 28.

Ut moriens Simeon Christum suscepit in ulnas,
Sic ulnis FIDEI te quos, Christe! feram.

ORACULUM SACRUM XVI.

Gen. XLIX. 18.

EBRÆUS TEXTUS cum inter lineari
Pagnini.

Domine expectavi tuam Salutem
:יְהוָה יְהוָה קוּמָה לְיִשְׂרָאֵל

Versio vulgata.

Ideo salutare tuum expecto Do-
mine.

Versio B. LUTHERI.

Herr/ ich warte auff deine Heyl.

NOTÆ.

1. Jacobus h. l. non solum adventum Mes-